


ORATIO
AD SALMANTICENSEM ACADEMIAM
HABITA
XV. KALEND. NOVEMBRIS

A

*Raymundo Nieto, Doctore
Theologo.*



SALMANTICAE:

APUD JOANN. VALLEGERA, TYP. UNIVERS.

ANN. D^{NI}. MDCCCXXXVIII.

b 166 50633

(XXX)

"Vespe, praestansimus vocem
Doctissimumm
OITAKO
AD SVLIMATICEN VACDBMIVM

HABITAT
IN KALEND NOVEMBRI
de coniunctis, et vestris
discrepantibus, ut
est illi sociis, non
debet, si que oī

SALVANTICAE:

Ad Iovin' ALLEGRA, TUT UNIVERSE
ANN. XII. MDCCLXXVII

MICHAELI MARCOS,

UNIVERSITATIS RECTORI,

MAGISTRO ET INSTITUTORI SIBI

CARISSIMO

HOC PROPE SUUM MUNUS

GRATO AC BENEVOLENTI ANIMO

D.

RAYMUNDUS NIETO.

MICHAELI MARCHIORI

UNIVERSITATIS Rectori

MAGISTRI ET INSTITUTORI ETI

CARISIMO

HOE TROPIC SUMM MUNUS

GRATO AC BENEFICIENII ANIMO

A

AYMONDES NITOC



consciente, et in discussione non datur
nisi certe, neque tunc, ut necessaria
demonstrari. Hoc est sapientia, q[uod]a
est omnis scientia, deinceps bona.
Inter multa, et praeclara praecep-
ta, quibus ille Socraticaे doctrinae,
et virtutis egregius aemulator Iso-
crates Hyponici amici sui filium ad
virtutem informare conatur, illud
mihi praecipua quadam considera-
tione dignum semper est visum, Cla-
rissimi Scientiarum Antistites, coe-
terique A. O., quo statuit honestum
hominem haud decere loqui, nisi

(VI)

cum et rerum dicendarum probe sit
 conscientius, et ad dicendum non qua-
 libet causa, sed gravi, ac necessaria
 permoveatur. Hocce sapientiae effa-
 tum, cuius spreti peracerbas poe-
 nas tam multi saepe dederunt, ipse
 mecum reputans à dicendi munere
 vehementer deterrebar. Verum cum
 is (*) rogaret, cui ob eximiam in-
 nos, et perpetuam benevolentiam
 quidquam negare durum admodum
 videretur, ipsius studio ac desiderio

(*) Universitatis Rector, sub eius discipli-
na in Seminario Sti. Caroli à pueris profecimus.

(VII)

paene libenter obsecuti sumus. Opus itaque adgredior, in quod, licet toto pectore incumbam, prudentia tamen mea desiderabitur; praesertim in eo dicendi genere, in quo vix experiendi gratia sim hucusque versatus. Tum ea sunt tempora, quae parum litteris favent, ab earumque cultu iuvenes, cum aliis de causis arcen- tur, tum praecipue impii, ac nefarii belli rumore, qui vel solus studiosissimi cuiusque posset solerter diligentiam sopire.

Frigent enim passim sine aemulatione studia, et cujusque laborio-

(VIII)

sissimi etiam industria , ac diligentia quemadmodum hebetatur solitudine , ita auditorum frequentia , ac celebritate acuitur , ac veluti facibus admotis animus verae gloriae cupidus incenditur , atque inflammatur . Quae humani ingenii vis , ac indoles praestantissima cum ad probos quosque , et honestissimos non excitando modo , sed invicem deviciendo , et exigua caritate inter se colligando plurimum valeat , hanc mihi profecto veniam facile dabitis , ut de verae laudis amore tamquam de quodam litterarum numine , ita dicam , ut si-

(IX)

mul rationem illius assequendae indicem tutissimam.

Honorum, et dignitatum ambitionis cupiditas homines interdum miscet, ac perturbat; propterea quod rebus hisce potitur nemo, ni ab iisdem reliqui omnes arceantur. Hinc candidatorum odia peracerba, inimiciae, molestiae et numquam finiendae lites. Verae tamen laudis amor, gloriaeque non futilae desiderium, ni foedissima nummi spe deturpetur, bella fortasse ciet; sed absque litteratorum odio, et simultate ipsa pace dulciora. Neque enim doctrinae splen-

doris est, qui obscuritatem, qua saepe obruitur, desideret: mentibus tantum bene informatis prae fulget, eademque ipso suavissime afficiuntur, ac delectantur. Plurimos sane ex omni hominum memoria clarissimos possem numerare viros doctrina excultos, qui eadem, qua ipsi pollebant facultate excellentes, honoribus divinis tantum non sunt prosequuti. Et quamquam facilius id cuique post fata evenire soleat, ut admirantes amatores sui inveniat, non semper tamen vivis haec gratia defuit. Quanta fuisset Demosthenis in dicendo vis,

(XI)

Rhodii non tam eius perlegēnda prō
 Ctesiphonte oratione, quam clarissi-
 mi oratoris Aeschinis ob illam ipsam
 exulantis verissimo p̄aeconio cognō-
 verunt. Hortensii obitum deflet etiam
 Cicero, quod non, ut plerique puta-
 bant, adversarium, aut obtrectato-
 rem laudum suarum, sed socium po-
 tius, et consortem gloriosi laboris
 amisserat. Tali nos animo, in omnes
 optimis artibus perficiendis studen-
 tes, affectos esse decet. Vecors sit opor-
 tet, qui lumen accendentī subiras-
 citur, quo ipse uti potest.

Quo vero in statu adhuc scientiae

*

esse biologessum

(XII)

forent, nisi communicatis amice consiliis ad exquirendam ingenii vim, et indolem homines solertissimi totis viribus incubuissent, qui eodem impetu ea, quae de rerum natura vagè, et indefinite disputata fuerant retractantes, leges quibus corpora, sive inanima sive animata sua sponte obediunt, multas accurate, et ex ordine descripserunt? Fatendum sane est, non in Physicis solum scientiis, sed in his etiam, quae vel à ratione nō men accipiunt, vel proprius ad hominum vitam, et societatem spectant haud poenitendos à parentum actate factos esse progressus.

(XIII)

Quanta autem industria, quamque indefesso clarissimorum viorum labore ingens haec non verborum, sed rerum, et cognitionum utilium vis, et copia comparata fuerit, non meum est apud vos modo memorare. Illud potius à vobis quaeram: quae tanta res illorum animis, et mentibus obversaretur, quae sic eos affliciebat, ut cupiditatibus amantis, reique familiaris augendae curamissa, à publicis quoque negotiis absconserint, vel quidquid ab his, et necessariis officiis supererat temporis ad sui contemplationem, et ad in-

(XIV)

tuendos levissimos cogitationis motus,
et subtiliores quasi nutus assidue con-
tulerint?

Ego vero sic existimo nullius
animum tantam potuisse ferre conten-
tionem, nisi iam tum in discutienda
natura, et disquirenda veritate qua-
dam recrearetur dulcedine ex carita-
te, et amore hominum meritis lau-
dibus suum studium, ac solicitudi-
nem extollentium. At plerique arbo-
res serebant, fructus et umbram se-
ris duntaxat nepotibus daturas. Ho-
mines erant, humanumque nihil à se
alienum putabant, posteritatisque sa-

(XV)

Iuti, et felicitati consulentes eiusdem incorrupto iudicio quodammodo fruebantur. Qua in re priscos illos Graecos scientiarum parentes, inventoresque artium, auctores sunt sequuti, quibus omnia p[re]e una integra, solidaque laude sordebat.

Nec aliò tum temporis respicere poterant, quo alacriores ad optima studia redderentur, vivida, atque integrâ permanente ingenii vi ad veritatem qualibet in causa perspiciem-dam. Nam coeteri affectus eiusmodi sunt, ut mentem non ducant, sed ferant, alienosque, et adscitios rebus

(XVI)

affingant colores, qui numquam veram, ac germanam eorum faciem intueri sinam. Una est gloria, quae cum in optimorum maxime consentiente iudicio multitudinis voce comprobato in�atur; omnium commodis serviat necesse est, eumdemque sibi finem, quem virtus proponat. Stoicis ipsis, qui bellum omnibus animi humani affectibus indicendum esse censemabant, gloria penitus non fuit invisa, quam fortasse unam sub virtutis, et honestatis specie amplexabantur. Hinc ferè soli, iudice Tullio, eximia vitae agendae praecepta praescripserunt.

(XVII)

Nobis vero, quibus haec de coelo
à Christo servatore deducta sunt,
alius bonorum finis est constituendus; nec tamen prorsus amor gloriae
ex animo excludendus, ac relegandus. Nominis claritas, et de virtute
cuiusquam, et meritis paeclaris hominum iudicia summam eidem conciliant auctoritatem, idoneumque redunt sapientiae magistrum. Non itaque à pietate semper aberrat laudis amor, tot litterarum, bonarumque artium parens, quibus humana vita alitur, regitur, perpolitur.

Atque hoc siquis aliis flagrabat

(XVIII)

olim, Sanctius ille noster, dum ut barbariei notam à te, mater Academia, depelleret, verae latinitatis normam philosophando tradidit. Atque utinam ut ille voti compos factus apud omnes claret, ita nos, quorum maxime intererat, eius parentes monitis, tantum fructus inde perceperissemus, quantum ille augurabatur, quantumque novimus exteris decerpisse. Norat Sanctius se Academiae munus offerre, quo nemo aliud, aut maius, aut necessarium magis adhuc obtulerat: Grammaticam nempe, quae, dum ratione, et consi-

(XIX)

lio, quod ille egit, traditur, vere
audit omnium disciplinarum funda-
mentum. Solertiam Sanctii in perqui-
rendis latinae linguae causis imitati
exteri, dum Grammaticam, ut aiunt,
generalem quaerunt, notionum om-
nium originem, materiem, ac effec-
tionem, quae una erat veritatis asse-
rendae via, diligenter sunt perscru-
tati. Multum sane, qui humani in-
genii vim, indolem, progressus, erro-
resque ipsos nostris temporibus tam
dilucide explicarunt, multum, in-
quam, debent accuratioribus Gram-
maticis. Cum vero philosophando eius

(XX)

artis fundamenta iecisse nemo Sanctio deneget ; cur non fateamur viam ab eodem commonstratam , quae ad secretissimum duceret rationis domicilium , ubi sedato animo diligenti , et sagaci observatione non modo cogitationis instrumenta , sed paene omnem eius artificium deprehenderetur ?

Quod si cui haec non ad veritatis regulam , sed hominis ornandi causa dicta esse videantur , nae ille in hisce litteris hospes est , ignoratque quam arcto nexu artes loquendi , et cogitandi inter se devinciantur , quamque amice sibi respondeant .

(XXI)

Saepe humanae indolis vitio quae
in medio posita creduntur praetere-
entes, rara, et singularia quaeri-
mus, quae minus plerumque habent
utilitatis: et illa, quae cum omnibus
scire arbitramur, cum omnibus pla-
ne nescimus. Quamquam usu, et ip-
sa rerum experientia edocti plerique
omnes iam fateantur nullos in scien-
tiis futuros esse progresus, nisi Ma-
themeticorum ritu verbis utamur,
quae et notiones ipsas, et earum ne-
xum referant accurate. Quod ipsum,
si proprietati verborum nitida acces-
serit elegantia, sic facit ad celebrita-

(XXII)

tem nominis comparandam, ac retinendam, nulla ut argumenti gravitas scriptis obsoletis pretium, atque auctoritatem queat conciliare. Jaceant in pulvere blattis, tineisque corrodendae chartae, in quibus cognitio num utilium suppellex, tum ordine perspicuo, tum styli tenore eidem respondente non splendeat. Hinc è maioribus nostris, quos in scientiis, ac disciplinis excolendis plurimum insudasse novimus, hi solum manibus eruditorum teruntur, hi ubivis gentium in deliciis habentur, qui vel ut Ludovicus Legionensis in omni

(XXIII)

prorsus dicendi genere, vel ut Melchi-
or Canus dum Sacrae Theologiae ar-
cem primus scite communivit, ver-
bis aequant argumenti gravitatem.

Quid? si praeclaris hisce, aliis-
que quamplurimis domesticis exem-
plis excitati, eodemque verae gloriae
succensi desiderio, ipsi quaecumque
postremis hisce temporibus in Scien-
tiis, vel experiendo noviter sunt in-
venta, vel attentius considerando
uberrime disserta, atque explicata
colligentes, ea omnia nostrorum mo-
ribus, et institutis accomodata publi-
ci iuris fecissemus? Quantum inde

(XXIV)

rei litterariae simul et publicae acces-
siset aemolumenti ac splendoris! Pri-
mo enim non ut mercibus, sic etiam
libris uteremur alienis: eo etiam ex
capite non contennendam pecuniae
vim vel hostibus persaepe largiendo.
Tum à dulci insanientis sapientiae
veneno procul avocaretur Hispana
iuventus, quae vix ab eo cavere po-
terit, si dum praeclara et miranda
prosequitur recentiorum quorum-
dam inventa, ipsorum scriptis uta-
tur. Nullum fere apud illos est doc-
trinae genus, quo non pestis ista
pervaserit.

((XXV))

Cum vero singula percensere haud
vacet, ex rerum, quas metaphysicas
vocant, tractatoribus petemus exem-
plum, unde reliqua liceat delira-
menta coniectari. Nam ex quo ad ri-
mandam nervorum etiam tenuissimo-
rum originem, propagationem, et
texturam, eorumque cum musculis
nexum, artis corporum dissecando-
rum opem, et auxilium implorarunt,
sibi visi sunt liquido conspexisse cau-
sus motionum corporis, tam in viri-
bus exterioribus exercendis, quam in
excitandis animi humani affectibus,
perficiendisque intellectionibus, in

(XXVI)

quibus nihil nisi motum cogitant. Itaque ea natura, quae tot, ac tantas inse res mirabiles continet, tantam memoriam praeteritorum, futurorumque prudentiam, artes non minus usu, quam ingenio paeclaras, ipsas denique scientias, si novi isti sapientiae magistri audiendi erunt, in corporum impulsu, et attractu, ac Chemicis viribus omnis sita est. Non audacius, neque insolentius his Lucretius de religione pedibus subiecta gloriat. Exitialissimus tamen error, quo pietatis, iustitiae, ac reliquarum virtutum fundamentum subvertitur, ni-

(XXVII)

hil commune habet cum exquisitissi-
mis observationibus, quarum in ar-
te medendi, in sanitate corporis tu-
enda, optimaque tenellae aetatis edu-
candae, atque instituendae ratione,
in omni denique vita permulti et mag-
ni possunt usus existere.

Praeclare igitur de studiosa iu-
ventute mereretur ille, qui acriori,
et integro iudicio praeditus, quid-
quid utile, ac salubre in hisce so-
lertibus naturae indagatoribus inve-
nitur, ab omni erroris saepe expur-
gatum colligeret, sicque suis locis
aptaret, ut Philosophia innocens, et

*

(XXVIII)

ab omni impietatis suspicione immuni-
nis, liberior per Academias nos-
tras incederet, sin minus omnibus ab-
soluta numeris, saltem verarum cog-
nitionum ditior, et ad vitae commo-
ditates utilior. Quis hoc potius esse
neget, quam eos adire fontes, unde
veritas vix possit hauriri absque do-
lenda erroris permixtione? Periculo-
sum sane est eiusmodi exemplaria ab
adolescentibus tractari iudicii adhuc
labilis, et infirmi. Nescio quomodo
alacrior adolescentium aetas, si sibi,
quod non raro evenit, sapere videa-
tur, insolita, etsi perabsurda avide

(XXIX)

consectatur , et amplectitur.

Quidquod ? Viri acrioris , et subacti iudicii , quibus verba dare haud facile est , nonnumquam imprudentes labuntur , et à qua multum abhorrent sententia , ad eamdem , dum ex consueta lectione minus caute loquuntur , verbis accedere videntur? Nusquam auctor ero invidiae ullum in hominem conflandae : nonnulla tamen de gravissimis hisce quaestionibus à viris , qui easdem non delibasse , sed penitus hausisse credebantur , asserta memini , quae et non superstitiosorum aspernerentur aures.

(XXX)

Sed praestat obducere, quam refricare
vulnera, quae numquam pietatis lae-
sae nomine fuissent suscepta, si tan-
tus extitisset gloriae amor, qui sua
bene meditata in communem usum,
ac lucem maluisset afferre, quam
aliena transcribere, aut commendare.

Quamobrem sinite me vos, Pa-
tres amplissimi, quorum tanta est
quolibet in litterarum, ac scientiarum
genere doctrinae copia, quantam in
multis saepe ostendistis et publicis,
et privatis negotiis, quantumque ab
his expectari fas est, qui hocce litte-
rario pulvere maxime delectati, post-

(XXXI)

habitis reliquis omnibus muniberis,
quae egregium solent animum solici-
tare, in id semper toto pectore enixi
estis, nihil ut cognitu dignum, nihil
utile esset, atque praeclarum, sive
noviter inventum, sive olim iam à sa-
cientiae auctoribus, et quasi parenti-
bus recte excogitatum, quo non ad
vestram provinciam exornandam ute-
remini, praestantissima iuventutis
nostrae ingenia sic excolendo, ut
tempestive praeiacta semina suis auc-
ta incrementis ad maturitatem per-
venirent cum ipsis, tum universae
reipublicae salutarem: sinite, in-

(XXXII)

quam, me hoc loco vos obsecrare,
ac deprecari, ne tantam hanc lucem
diu tam angusto locorum, ac tempo-
rum spatio circumseptam esse patia-
mini. Viva illa vox, quae in veritate
proponenda, ac commendanda tan-
tum habet virium, ac latentis ener-
giae, ut ad eam omnis aditus sine
illius sono aliquando interdictus, ac
praeclusus esse videatur, fugax est,
sicque momento temporis praeterit,
ut instar fulguris nullum sui vestigi-
um relinquat.

E coelo Socrates deduxisse dici-
tur Philosophiam: at ni optimos sor-

(XXXIII)

titus esset doctrinae suae haeredes, qui eam litteris mandassent ad hominum memoriam sempiternam, clarissimi viri ingenium, et exemplum simul cum extremo eius halitu evanuissent. Disputationum aestu fervente, nonnulla prudentioribus quoque saepe excidunt, quae non excidisse vellet, quaeque subtiliori lima corrigerent, si quidquam ipsis de eodem argumento edisserendum esset, atque publicandum. Quemadmodum enim in omni vitae genere, sic et in re literaria: qui in communi luce, ac omnium oculis versatur, consideratius

(XXXIV)

se gerit, nec tam apertum, et nudum
latus offert invidorum calumniis et
malevolentiae.

Quamquam eiusmodi voces sapi-
enti non sunt valde pertimescendae.
Illam, illam potius omnes reformati-
dare debemus, qua socordiae, et iner-
tiae non obscure insimulamur. De-
lenda itaque nobis haec nota est, quae
iampridem nomini nostro inhaeret.
Gloria, quam cum gravissima aucto-
ritate coniunctam maiores nostri no-
bis reliquerunt, non famosis eorum-
dem imaginibus, non votis inanibus,
sed insigni virtutis ostentatione, et

(XXXV)

labore praeclarum quid in communem fructum afferente conservanda,
atque amplificanda est.

Quae si nos cura sollicitos, atque intentos semper habere debet, eo praesertim tempore cum optima ac dilectissima Princeps de populorum salute, deque imperii maiestate, ac potentia anxia, qualem utrique congruat, instituendam vult studiorum nostrorum rationem. Quanta vero sapientia, ac humanitate plurima ea de re sancita commendentur, ipsa nullo exornante satis eloquuntur, ac praedicant. Nostra certe vota augusta Re-

*

(XXXVI)

gina praegressa est. Proprium id suae
innoceutiae, atque integratis; et quod
nemini invideat, ex intima Philoso-
phia depromptam illarum legum no-
titiam, ad quas propugnandas, ac de-
fendendas regnum inter homines na-
tum, atque institutum est; et quod de
optima sub aequissima Gubernatrice
rei publicae administrandae ratione
non solum nobis liberam disserendi
potestatem reliquerit; verum etiam ad
id praestandum gravissimis suis de-
cretis paene compulerit. Parentis mo-
rem, et animum agnoscimus liberos
non vi, et metu, sed honestatis, et

(XXXVII)

proprii ipsorum commodi ratione in
officio retinere cupientis.

Nostrum iam est summa ope eniti, ut quas optimas scientias accolendas, nedum servandas Regina, Senatus, alterque Conventus se nobis tradituros significarunt, sic per nos edoceatur Hispana iuventus, ut cum ad rempublicam accesserit, egregios omnes possit eorum conatus secundare. Ita demum fiet, ut depulsis ignorantiae tenebris, et quibuslibet infestis opinionibus dissipatis, nihil obstet quominus apud summos aequa, et imos illae obtineant, atque praeva-

(XXXVIII)

leant artes , quae , dum homines honestis laboribus exercent , eosdem virtute, moribus, et numero auclant, omni etiam rerum affluentia , et copia , unde censemur , et crescit maiestas, et dignitas imperii : quod à rerum omnium parente, Deo Optimo Maximo , Reginae Elisabethae cum carissima sibi matre tam diuturnum, quam felix , faustumque speramus futurum.